



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De b[e]n[e]dict[i]o[n]e iude

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De benedictione Jude

et opere maledictioibus repleat presentis et future vite. et qui benedixerit tibi benedictioibus replebitur gratie presentis et glorie future. Itaque benedictione etiam habuit benedicta virgo. quia nunquam aliquid incommodum habuit quo caruisse voluerit. imo omne suum incommodum sibi fuit modum quia omnis passio sibi meritum fuit. Qui autem ipsam ore corde et opere maledixerit eternam maledictionem hereditabit. qui autem ipsam corde. ore et opere benedixerit benedictionem gratie et glorie possidebit. Omnes ergo cantemus laudantes et dicamus benedicta tu in mulieribus. Et sic prout qualiter benedicta virgo habuit benedictionem Jacob in summo.

Sunt et alie famose benedictiones inter quas sunt et ille quibus benedixit Jacob filiis suis singulis benedictionibus propriis Beati. xlii. Scilicet quibus omnes dicuntur benedictiones. quedam tamen illarum sunt magis prophetice vel maledictiones. quibus obmissis illas que sunt vere benedictiones qualiter apprehendantur sub benedictione benedictissime declaremus.

Quia autem filii alii Jacob alias fecerunt virtutes. iudas signat charitate. ideo in benedictione Jude. xvi. ponuntur proprietates charitatis. Decem ergo Beati. xlii. Iuda laudabunt te fratres tui. manus tua in cervicibus inimicorum tuorum. adorabunt te filii patris tui. catulus leonis iuda. ad paradum ascendisti fili mi. requiescens accubivisti ut leo. et quasi leena quis suscitabit eum. non auferet sceptrum de iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. et ipse erit expectatio gentium. ligas ad vineam pullum suum. et ad vitem o fili mi asinam suam. lavabit in vino stolam suam. et in sanguine vite pallium suum. pulchriores sunt oculi eius vino. et dentes eius candidiores lacte.

Prima proprietates charitatis.

Prima ergo proprietates charitatis est quod charitas est dignissima virtutum. iuxta illud. i. Choro. xii. Maior horum charitas. et hoc intelligitur per hoc quod dicitur. Iuda te laudabunt fratres tui.

2. Secunda proprietates est quod ipsa est expugnatrice peccatorum. iuxta illud. charitas operatur multitudinem peccatorum. et hoc intelligitur per hoc quod dicitur. manus tua in cervicibus inimicorum tuorum. Tercia proprietates est quod dat virtutibus esse. id est essentiam virtutum. et hoc intelligitur per hoc quod dicitur. Adorabunt te filii patris tui. Quarta est quod est amatrix arduorum. et hoc intelligitur per hoc quod dicitur. catulus leonis iuda. Quinta est quod est expoliatrix demonum. quod intelligitur per hoc quod dicitur. ad paradum ascendisti. Sexta est quod est victrix passionum. quod intelligitur per hoc quod dicitur. requiescens. Septima est quod est superatrix tentationum. quod intelligitur per hoc quod dicitur. accubivisti ut leo. Octava est quod facit pro dilecto animam ponere. quod intelligitur per hoc quod dicitur. et quasi leena quis suscitabit eum. Nona est quod facit in eternum regnare. cum charitas nunquam excidit. v. Choro. ii. Hoc est quod dicitur. non auferet sceptrum de iuda. Decimum est quod facit filios in eo generare. quod intelligitur per illud quod dicitur. et dux de femore eius. Undecima est quod facit christum descendere de celo. et hoc est quod dicitur. donec veniat qui mittendus est.

12. Duo decima est quod vivit membra ecclesie in se. ex quo totum corpus est unum.

De bñdictōe zabolon Fo. iij

et p̄pactū. et hoc est qđ d̄r ligans ad vineā pullū suū **T**redesima est 13
qđ vn̄it et ligat mēbra capiti. et h̄ est qđ d̄r. ad vitē o fili mi asinā suā
Quartadecima est. qđ fecit xpm̄ nos sanguine suo. lauare. iuxta illud 14
Apoca. Qui dilexit nos et lauit nos a peccis nostris in sanguine suo
et hoc est qđ d̄r. lauit in vino stolā suā. et in sanguine vne palliū suū.
Quintadecima est. qđ facit eū p̄ doctrinā nos vocare. iuxta illud 15
Joh. Si diligis me pasce oues meas. et h̄ est qđ d̄r. pulciores sunt
oculi ei⁹ vino. **S**edecima est. qđ facit xpm̄ nos sibi p̄ sacramēta icoꝝ 16
porare. et h̄ est qđ d̄r. **D**entes ei⁹ lacte sunt candidiores etc. Et sic in
vniuerso sunt sedecim pprietates charitatis. q̄ sunt scz qđ dignissī
ma virtutū. expugnatix vicioꝝ. dāns virtutibz eē virtutū. amatrix
arduoz. spoliatrix demonū. victrix passionū. triūphatrix tentationū
aiam p̄ p̄rimo ponere. nihil separe. in eternū regnare. filios deo gene
rare. xpm̄ de celo deducere. vnire mēbra ecclie vnire mēbra capiti. san
guine lauare. p̄ doctrinā vocare. p̄ sacramēta incorporare. qđ intelligi
tur p̄ hoc qđ d̄r. dentes eius lacte cādidiores. p̄ lac em̄ intelligit man
suetudo sacramētoꝝ de carne xpi et passione fluentiuz. **I**ste em̄ sunt
pprietates charitatis in quibz consistit benedictio iude. **S**ed ad no
bilioꝝ subam sequuntur nobilioꝝ pprietates. ergo quicūqz hz cha
ritate in summo. hz has pprietates in summo. et p̄ sequens benedi
ctiones Iude in summo **S**ed beatissima omnū d̄na d̄naz habuit
charitate in summo. ergo et has pprietates habuit in summo.

Sequit benedictio Zabolon. Zabolon in litore maris habi
tabit in statione nauū ptingens vsqz ad sydonem. **P**er za
bulon s̄m inḡm Richar. de scō victo. intelligit zel⁹ aiay. de qđ sic d̄r
Post ysachar zabolon. i. habitaculū fortitudinis gignit. qz p̄ iterne
dulcedinis degustato em̄ odiū vicioꝝ. gr̄a eternitatē et st̄tus vere ro
bur acq̄rit. **I**ste ē zabolon qđ irascēdo irā dei placare p̄suenit. qđ dum
pie seruēdo hoīm vicia pcutit. q̄si nō p̄cēdo meli⁹ pcutit. Absqz dubio
nihil sic placat deū qđ zel⁹ aiay. et ifra. **Q**uā multos videm⁹ pau
peres spū charitate seruētes. multū abstinētes. admodū p̄patientes
ad zelos in aiay nimis tepidos. multūqz torpētes. **A**lij qđā ad cu
stodiā hūilitatē relinquētes i crepare nō p̄sumūt. alij necitate frater
nā ne turbare videāt peccātes arguere metunt. sic alij alijs atqz ad
huc alijs modis qđ p̄ d̄no zelare nolūt st̄tus h̄ fingūt eē v̄l h̄ credūt
eē st̄tus. **E**cōtra qđā qđ absqz dubio agūt in spū furoris agere se ar
bitrant̄ zelo rectitudinis. et veraciter eos odio p̄sequūtur hominūz
quos exercere se putāt vel simulāt odio vicioꝝ illi potius pietate
qđ crudelitate delinquentes persecutores credendī sunt. quā inter
na illa gaudia ad que eos tot doloribus inuitat que per experiēti
am nouerant. **D**ebet etiam zabolon nō solum delinquentes corripere

Per zabolon
intelligit zel⁹
animarum.